



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

7. Vtrum restituere debeat, qui aliquem à consecutione alicuius boni
impediuit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

Vtrum restituere debeat, qui aliquem à consecratione alicuius boni impediuit.

1 **Q**ui alterum impediuit à consecratione rei etiam si sita debita, v. c. beneficii Ecclesiastici, ad quam ipse ius quæsitum erat, siue perfectum per collationem, siue imperfectum per legitimam electionem præsentationem, &c. tenetur ad restitutionem, constat ex dictis. Secus si ex libera voluntate collata erant, & ille sine fraude impediuit collationem, quominus conferret ipsi, cui animo destinatur, nulla inferatur ipsi iniuria: tamen si ex odio agit contra charitatem.

NB. In externo foro actio conceditur de re aduersus eum, qui ex æmulatione agit, v. c. qui in fundo fodiens, vicini fontem auerit, animo non in viciniam, non agrum suum meliorem efficiendi.

2 **Q**ui Ecclesiastici beneficii collatorem iam determinatum ad conferendum Titio, precibus auctoritate abducit, vt sibi, vel alteri, quamuis in aliquo, conferatur non videtur obligatus ad restitutionem faciendam, quia collator nullam proprietatem iniuriam digniori, si, eo prætermisso, minus conferat: consequenter neque ille iniuriam committit, qui collatorem suasionem, aut precibus ad id determinatum mouet. Ergo, &c.

3 **Q**ui per vim aut fraudem impedit, quominus legitime beneficium, legatum, vel donum gratuitum consequatur, ad damni compensationem obligatur, &c.

C Si opportunis precibus obtineas à mortuo, testamentum mutet; Si mendacis episcopo peris deat

deas, vt beneficium alii conferat, quàm ipse decre-
uerat. Item, si dolo impedias aliquem, quo minus be-
neficium sibi conferri supplicet: quia licet v.c. Titio
non compellat ius postulandi beneficium, tanquam
sibi debitum, tamen competit ipsi ius supplicandi.
Sicut pauper ius non habet Eleemosynam tanquam
debitam petendi, habet tamen ius mendicandi, ob-
secrandi: Quare si eos ab hoc iure impedias, cogris
damnum restituere, (arbitrio prudentis) iuxta pro-
portionem spei, quam habuerunt consequendi be-
neficium, eleemosynæ.

Reus & testis, si iuridicè interrogati veritatem ce-
lantes, causa existant, quominus multa à iudice im-
ponatur, non sunt ad restitutionem obligati (quia o-
mnis restituendi obligatio, propriè oritur ex læsione
iustitiæ commutatiuæ Reus autem veritatem celans
propriè non peccat cõtra iustitiã commutatiuam,
quæ inter partes Reipubl. versari solet, sed potius læ-
dit iustitiã publicam, iudiciãlem & vindicatiuam:
siquidem ius & officium Magistratus cuiusque de
criminibus inquirendi, per se ac directè non spectat
pecuniarum multam seu commodum, sed publicæ
pacis ac iustitiæ conseruationem, cuius per accidens
pecuniaria multa imponitur) secus dicendum vi-
detur, si pœna ob commissum crimen contracta est
ipso iure; quia tunc directè agitur ad pœnam soluend-
dam, cuius iam reus factus est, qui crimen admisit:
ac proinde ius iudicis lædit, si falsis allegationibus si-
ue mendaciis multam secundum legis decretum
imponendam sibi, effugiat. Eademque ratio
est de falso teste Iudicem in tali casu
decipiente.